## Julius Cesar

sed quod prudentie plus haberet / uictus credo ne quam cum sua illa fortuna tot
et tantis uictoriis fatigata desereret / dum sic igitur impetum frenat ac
comprimit / repente quod nullo usque prelio auditum erat / cornu ab altero im
peratoris iniussu classicum insonuit / quo uniuersus exercitus erectus signa
in aduersos ferre ceperat centurionibus lingua et manu nequicquam reti
nentibus. Sensit Cesar pugne horam aduenisse / et accensos in pugnam uer
bis coercere frustra esse / et ipse igitur frena laxauit / datoque signo fe
licitatis equoque calcaribus adacto / primus in hostium principes inuehitur Imperator
a dextro cornu in elephantes a sagittariis et funditoribus factus / beluas
in exterritas et tamen a silua uenientes / auertit retro in suos / secuta est fu
ga equitum maurorum / eodemque impetu occupatur Val[li] Scipionis per Valli
Cesarianos custodibus interfectis aut fugatis / et iam copiis eius per campos
effusis ac deiectis fugamque petentibus / Cesaree legiones insecute / nichil
laxamenti nullumque respirandi spacium dedere. Illi alia castra petentes
ut ibi se reparatis aciebus tuerentur / ubi nullum illic uel ducem uel presidi
um inuenerunt / iam defensionis spe amissa / arma magna ex parte proiecerunt /
ut expeditiores ad castra regis euaderent / quo cum uenissent / ea quoque
fugato rege a Cesarianis capta conspiciunt / tum deposita spe salutis que
dam in loci editum se receperunt / atque inde salutatorem militare armorum
quod superat motum faciunt / quod petende misericordie signum erat. Sed ni
chil eis profuit / Militibus ueteranis ira et dolore inflammatis / et in cede ob
quibus stinatis ac rabidis / non modo persuaderi ut hostibus parceret non potuit / sed
suorum aliquot et illustres uiros de numero / quod perinsignis iter cedere ausi fuerat /
frenantes impetum et in caues misericordie admonentes / quia uirtutem
ducis suo norat esse gratissimam / inflictis uulneribus occiderunt / in quibus
fuit Julius Ruffus questorius / qui a milite iaculo traiectus interiit / nec
non et Pompeius Ruffus brachium gladio percussus occidebatur / nisi ad
Cesarem confugisset / tantus tamque indomitus militum ardor erat / tanta
ex memoria gestarum rerum confidentia ac peccandi licentia / tanta ex
odio resistentium cruoris sitis / ut multi exterriti senatores et ro
mani equites capitis excederent ne et in simile crimen inciderent. Cum et ipse Ce
sar pro miseris intercessit / agensque non pro impio sed amicus patribus ne
perirent / nichil obtinuit / ad unum inexpiabili odio cesi omnes. Hic bellorum
ciuilium fructus erat / hinc crudelitas / illinc mors / non est uisa
scriptoribus antiquis nec michi uidetur silentio pretereunda / inter hos
motus ueterani uirtus militis quinte legionis. Nam dum pugnaretur / et
leuo in cornu elephas uulneratus et dolore uulneris irritatus / for
te in inermem in lixam irruisset / et substractum pedibus ac mole corporis op
pressum / et magnis stridoribus territum conficeret horrendo spectaculo
ad misericordiam motus / stricto gladio acturus opem accurrit / fera
rum. iam eum ille miser exprauerat / cum uero elephas sese ferro peti
uidit / omisso cadauere uersus in militem proboscide circumuectum in altum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0238
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG